Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/322799

THESES JURIDICAE INAUGURALES.

7.

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

PETRI JOHANNIS ISAÄCI DE FREMERY,

MATH. MAG. PHIL. NAT. MED. ET ART. OBST. DOCT. ET PROF.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO AC HODIERNO HONORIBUS ET PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

CAROLUS GUILIELMUS HENRICUS VAN SCHELLE.

Macassar (Celebes).

A. D. XXIX M. JUNII A. MDCCCXLVIII, HORA III.

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD J. G. BROESE,

MDCCCXLVIII.

TYPIS K. J. GIEBEN.

THESES.

I.

In integrum restitutio prodest fidejussoribus minoris, nisi ob minorem aetatem dati sunt.

II.

Ex nudo pacto non oritur obligatio naturalis.

III.

In stricti juris judiciis in re aestimanda, semper spectatur litis contestatae tempus, nec obstat l. 3. D. de cond. triticiaria.

IV.

Usurae, etiam in stricti juris actionibus, debentur inde a tempore litis contestatae.

V.

Si ususfructus hereditatis Titio, hereditas ipsa illius filio data est, ea lege, si Titius orbus decesserit ut tunc Sejus heres sit: hereditas Sejo debetur si Titius moritur relicto filio post mortem testatoris nato.

VI.

Depositarius qui rem depositam alienavit quam postea redemit, ex jure nostro civile de casu non tenetur.

VII.

Fructus pendentes tempore soluti matrimonii minime veniunt in communionem lucri et damni.

VIII.

Thesaurus inventus in fundo qui ex art. 214 C. C. B. in communione non continetur, minime venit in dictam communionem lucri et damni.

IX.

Matrimonio putativo liberi naturales legitimantur.

X.

Nauta probare non tenetur se sine justa causa dimissum esse, si magister acta nautica diurna (scheepsjournaal) ordine non scripserit.

XI.

Adsecuratus qui pro minore pecuniae summa se ex servitute redemit, partem praemii ex art. 281 C. M. repetere nequit.

XII.

Acceptans solvere tenetur, licet pateat nominis trassantis subscriptionem falsam esse.

XIII.

Heredes decoctoris creditoribus pactum remissorium (accoord) offerre nequeunt.

XIV.

Ampl. GODEFROI sententia (Ned. Jaarb. voor Regtsg. en Wetg. I, Pag. 413), ex art. 354 C. P. puniri qui crimina illic enumerata commiserit in minores 23 annis, non probanda mihi videtur.

XV.

Vituperandus est C. P. quod in poena delicti repetiti rationem habuit nec temporis praeterlapsi nec diversae naturae criminis vel delicti perpetrati.

XVI.

Batavus, qui postquam in patria nuptias inivit apud exteros exteram duxit uxorem, in patriam redux puniri potest ex Art. 340 C. P.

XVII.

Poena stigmatis reprobanda est.

XVIII.

Ut infanticidium puniri possit, probare debet infantem vivum natum esse nec tamen vitalem.

XIX.

Conatus subornationis testium puniendus est.

XX.

Codices Militares vim legis, neglecto recto more promulgandi, non acceperunt.